



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 69. Fleuryus Cardinalis ob pacis studium de Ecclesia & Francia optime  
meritus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII.

A. C. 1736.

§. LXIX.

*Fleuryus Cardinalis ob pacis studium  
de Ecclesia & Francia optime  
meritus.*

Inter turbidas rerum vicissitudines, quibus tam Ecclesia Gallicana, quam Franciæ Regnum per tot jam lustra agitabatur, nullius sollicitudo ardentius occupabatur, quam Fleury Cardinalis, qui in reddenda tam Ecclesiastica, quam politica pace assiduum impedit studium: Res equidem in componendis Ecclesiæ dissidiis per Quesnelitas excitatis, minus ac spes serebat, ex animi sententia processit, magis tamen ex optatum habuit exitum immensus pene labor, quem Fleuryus in concilianda pace inter Cæsarem & Galliarum Regem per plures annos adhibuit; huic enim velut præcipuo Mediatori tota Christiana respublica redditæ tranquilitatis felicitatem in acceptis retulit, & ipsem Ludovicus XV. Franciæ Rex Fleuryum pristinæ inter Principes amicitæ restauratorem, & populi salutem deprædicavit, ac æquissimum censuit, ut bene de Regno meritus fidelitatis ac laboris sui ampla ferret præmia. Eapropter eidem indulxit, ut de omnibus beneficiorum Ecclesiasticorum

A. C. 1736.

corum redditibus, qui viginti quinque Sæc. XVIII.  
Ludoviciorum aureorum millia æqua-  
bant, pro arbitrio in Agnatorum favo-  
rem libere disponere posset: Ejus quo-  
que Agnatum Marchionem de Perpig-  
niano Rex Ducem ac Franciæ Parem  
nominavit, concessumque diploma Re-  
gium die decima quinta Maij ad tabu-  
las referri jussit, voluitque, ut præfa-  
tus Marchio deinceps Fleuryus *Dux*  
nominaretur, ejusque prædium Per-  
gnianum titulo Fleuriani Ducatus or-  
naretur, adjectis quoque pluribus aliis  
prædiis huic Ducatui vicinis: Enim-  
vero Cardinalis Ludovico Regi ob tam  
liberalem munificentiam grates repen-  
surus Versalias contendit, tenero ipsius  
Regis complexu honoratus, mundanæ  
tamen pompæ pertæsus, ac imminen-  
tis mortis memor, nil avidius, quam  
animæ suæ quietem anhelabat, ea  
de cauſa in Parisinæ Cathedralis cæ-  
meterio sibi locum selegerat pro ex-  
struendo facello, in quo ossa sua tumu-  
lo contegi curaret; utque vita ab au-  
lico strepitu vacua, piisque exercitiis  
se ad extremam luctam accingere pos-  
set, Regi supplicabat, quatenus poli-  
ticæ administrationis onus deponere,  
sibi liceret. Attamen Rex, cum illum  
fraterno veluti amore complecteretur,  
eumque ceu Ministrum ceteros longis  
inter-

Sæc. XVIII.

A.C. 1736.

intervallis antecellentem respiceret, a lati rationibus tantum effecit, ut Cardinalis in Regis Regnique utilitatem obsequumque ulterius suas vires & operam impendere polliceretur; unde imperium per manus Regis denuo traditum, nullo, quod sane mireris, auctoritat summæ rivali, diurna securitate ulque ad obitum suum tenuit. Sub idem quoque tempus Clemens cum eo eggerat de instaurandis renovandisque editis, quæ Ludovicus XIV. contra Hugonotas seu Calvinistas in occulto tentes tulerat.

## §. LXX.

*Historia de Concilii Tridentini versione a P. Courayero concinnata.*

Hoc item anno nova tempestas in P. Courayerum coorta est. Illius occasio erat hæc: Jam priori Sæculo Paulus Sarpius Servita Venetæ Republicæ Theologus Tridentinæ Synodi Historiam ediderat, malignis ac perniciofis reflexionibus inspersam, que nihilominus in varia idiomata fuit translata: Hanc ut denuo notis illustratam Gallice redderet, Wilhelmina Carolina Magnæ Britanniæ Regina Petro Francisco Le Courayer e Galliis in An-